agitare. deinde largiendo / atqʒ pollicitando magꝫ
incendere. Ita ipſi clari potentes fieri Contra eos
ſumma ope nitebatur pleraqʒ nobilitas. ſenatꝰ ſpe
cialiter pro ſua magnitudine. Namqʒ (vti paucis
verum abſoluam) poſt illa tempora q̃cunqʒ re. p. agi
tauere: honeſtis nōibus / alij ſicuti ppl'i iura defen/
derent: ꝑs quo ſenatus auctoritas maxima foret:
bonum publicum ſimulantes / pro ſua quiſqʒ pote
tia certabat. neqʒ illis mod̄ſtia: neqʒ modꝰ cōtẽtiõis

erat vtriqꝫ victoriam crudeliter exercebant. ¶ Sed
poſtꝙ gneius pōpeius ad bellum maritimuz atqꝫ
mitridaticū miſſus eſt: plebis opes iminute. pau/
corum potētia creuit. hi magiſtratus/ prouincias/
aliaqꝫ ōnia tenere. ipſi innoxij. florētes ſine metu e
tatem agere: ceteroſqꝫ iudicijs terrere quo plebem
in magiſtratu placidius tractarēt. Sed vbi primuz
dubijs reb9 nouādis ſpes oblata eſt. vet9 certamē a
nimos eoꝝ arrexit: ꝙ ſi pmo p̄lio Catilina ſupior/
aut equa manu diſceſſiſſet pfecto magna clades/
atqꝫ calamitas rem pub. oppſſiſſet: neqꝫ illis q̄ vi/
ctoriam adepti forent: diutius ea vti licuiſſet: qm̄ de
feſſis ⁊ exanguib9/ q̄ plus poſſet: impium atqꝫ li/
bertatem extorq̄ret ¶ Fuere tn̄ extra cōiurationem
complures: q̄ ad Catilinam initio pfecti ſunt. In
his erat fili9 ſenatoris anthonius fului9: quē retra
ctum ex itinere parēs necari iuſſit.

Jſdem tpib9 rome lētul9 (ſicuti Catilina p̄ce
perat) q̄ſcūqꝫ morib9/ aut fortūa nouis reb9 idone
os credebat: aut p ſe/ aut p alios ſollicitabat: neqꝫ
ſolum ciues ſed cuiuſqꝫ modi gen9 hoim̄: qđ modo
vſui foret bello ¶ Igitur publio vmbreno cuidam
negocium dat: vt legatos allobrogum requirat. e/
oſqꝫ (ſi poſſit) impellat ad ſocietatem belli: exiſti/

mans publice priuatimq; ere alieno oppressos:
preterea ꝙ natura gens gallica bellicosa esset: faci
le posse eos ad tale consilium adduci. vmbrenus (
ꝙ in gallia negotiatus erat ⁊ plerisq; ꝑncipibus ci-
uitatum notus erat: atq; eos nouerat. Itaq; sine
mora vbi primum legatos in foro conspexit: per-
cunctatus pauca de statu ciuitatis ⁊ quasi condo-
lens eius casum requirere cepit: quem exitū tantis
malis sperarent. Postquam illos videt queri de a-
uaricia magistratuum: accusare senatum: ꝙ in eo
nihil auxilij esset: miserijs suis remedium mortem
expectare: at ego vobis inquit (si modo viri esse vul
tis) rationem ostendam: qua tanta ista mala effu
giatis. Hec vbi dixit. allobroges in maximā spem
adducti: vmbrenum orare vt sui misereretur. nihil
tam asperum neq; tam difficile esse: quod non cu-
pidissime facturi essent: dum modo ea res ciuitatē
ere alieno liberaret. ¶ Ille eos in domum. D.
bruti ꝑducit. ꝙ foro ꝓpinqua erat: neq; aliena con
silij ꝓpter semproniam. Nam tum brutus roma
aberat. Preterea gabinium accersit: quo maior au
ctoritas sermoni inesset. Eo presente coniurationē
aperit. socios nominat: p̄terea mltos cuiusq; gene
ris innoxios q̄ legatis amplior animus inesset.

¶ Deinde eos pollicitos operam ſuam domũ dimittit ¶ Sed allobroges diu ĩ icerto habuere qd nam cõſilij caperent In altera parte erat es alienũ ſtudium belli/ magna merces in ſpe victorie. At in altera maiores opes. tuta cõſilia. pro incerta ſpe certa p̃mia. Hec illis voluẽtibus tandem fortuna rei pub. vincit. ¶ Itaq; q̇nto fabio ſange cuius patrocinio ciuitas plurimum vtebatur: rem omnem vti cognouerant/ aperiunt ¶ Cicero per ſangã conſilio cognito/ legatis p̃cepit: vt ſtudium coniurationis vehementer ſimulent: ac ceteros adeant: bene polliceantur. Dentq; operam: vti eos q̃maxie manifeſtos habeant

Iſdem fere temporibus in gallia citeriore atq; vlteriore/ Item in agro piceno / brincio, & apulia/ motus erat Nam illi quos Catilina ante dimiſerat: inconſulte/ ac veluti p demẽtiam cũcta ſimul agebant. nocturnis conſilijs: armoꝝ atq; telorum portationibus/ feſtinando agitando oĩa plus timoris q̃ periculi effecerant. Ex eo numero complures Quintus metellus celer p̃tor ex ſenatꝰ conſulto cauſa cognita/ in vincula coniecerat. Itemq; in citeriore gallia conſul Caius murena/ q̇ ei puĩcie legatus preerat ¶ At rome lentulus

cū ceteris q̇ p̓ncipes cōiuratiōes erāt: paratꝭ, vt vid
bat, magnis copꝭs cōſtituerat: vti ad Catilinam
in agrum feſulanū cū exercitu veniſſet: luciꝰ beſtia
tribunꝰ plebis, cōtiōe habita, q̄reret de actiōibꝰ Ci-
cerōis belliq̄ grauiſſimi inuidiā optīo cōſuli iponeret.
Eo ſigno dato: prima nocte cetera multitudo con
iuratiōis, ſuū q̇ſqꝫ negociū exeq̄ret. ſed ea dicebant
diuiſa hoc mō. ſtatiliꝰ ⁊ gabiniꝰ vti cū magna ma
nu duodecim ſiꝉ oꝑtuna loca vrbis incēderēt. Quo
tumultu facilioꝛ aditꝰ ad cōſulem, ceteroſqꝫ, q̇bus
inſidie parabātur, fieret. Cethegꝰ Ciceronis ianuā
obſideret: eūqꝫ vi aggrederet. aliꝰ āt aliū. ſed filij fa
miliaꝝ, q̊ꝝ ex ea nobilitate maxīa ꝑs erat, parētes
interficerēt. Simꝉ cede ⁊ incedio ꝑculſis ōibꝰ ad ca
tilinā erūpent. ¶ Inter hec parata atqꝫ decreta: ce-
thegꝰ ſꝑ q̄rebat de ignauia ſocioꝝ illos dubitādo,
⁊ dies ꝓlatādo, magnas oꝑtūitates corrūꝑe facto
nō cōſulto in tali ꝑiculo opꝰ eſſe. ſeqꝫ, ſi pauci adiu-
uarēt, languētibꝰ aliis: impetū in curiā facturū. na
tura ferox aīo vehemēs, manu ꝓmtꝰ erat. maxīm
bonū in celeritate putabat.

Ed allobroges ex ꝑcepto Ciceroīs ꝑ gabiniū
ceteros cōueniūt. ab lentulo, cethego, ſtatilio,
itēqꝫ caſſio, poſtulāt iuſiurādū qđ ſignatū ad ciues

perferāt: aliter haud ſacile eos ad tantū negociū i-
pelli poſſe. Ceteri nihil ſuſpicātes dant. Caſſius ſe-
met eo breui vēturū pollicet᷑ : ac paulo āte legatos
ex vrbe ꝓficiſcit᷑. lentulus cū his titū volturciū quē-
dā crotonienſē mittit: vt allobroges priuſq̄ domū ꝑ
gerēt: cū Catilina data atq̄ accepta fide: ſocietatē cō-
firmarent. ipſe volturcio litteras ad Catilinā dat. q̄
rū exemplū infra ſcriptum eſt

Quis ſim ex eo quē ad te miſi cognoſces. fac co
gites in q̄nta calamitate ſis: ⁊ memineris te viruꝫ
eſſe. cōſideres q̇d tue ratiōes poſtulēt. auxiliū petas
ab oībꝰ: etiā ab infimis ¶ Ad hoc mādata v̇bis dat
cū ab ſenatu hoſtis iudicatꝰ ſit: q̊ conſilio ſeruitia re
pudiet. in vrbe ꝑata eſſe q̄ iuſſerit: ne cūctet᷑ ipſe pro
pius accedere. ¶ His rebꝰ ita actis cōſtituta nocte
q̄ ꝓficiſcerēt᷑ Cicero ꝑ legatos cūcta edoctꝰ: lucio va
lerio flacco ⁊ Caio protīno p̄toribꝰ iꝑat: vt in pōte
miluio ꝑ īſidias/ allobrogū comitatꝰ d̄prehēdāt. rē
oēꝫ aperit: cuius grā mittebantur. Cetera vti opꝰ
facto ſit ita agāt ꝑmittit illis hoīes militares ſine
tumultu p̄ſidijs collocatis ſicuti p̄ceptū erat: occul-
te pōtē obſidēt. ¶ Poſtq̄ ad id loci legati cū voltur
cio venerūt: ⁊ ſimul vtriſq̄ clamor exortꝰ eſt. galli ci
to cognito cōſilio ſine mora p̄toribus ſe tradūt Vol

turcius primo cohortatꝰ ceteros: gladio ſe a multi
tudine defēdit. Deiñ vbi a legatis deſertꝰ ē: mlta p̄
us de ſalute ſua pro̅tinū obteſtatꝰ qd̄ ei notus erat
poſtreō timidꝰ ac vite diffidēs/ velut hoſtibꝰ ſeſe p̄to
ribꝰ dedit. Quibꝰ rēbꝰ cōfectis: oīa ꝓpere ꝑ nuncios
cōſuli declarantur

a T illū ingēs cura / atqꝫ leticia ſil̄ occupauere.
Nā letabat̄ itelligēs cōiuratiōe patefcā: ciuita
tē piculꝭ ereptā eē. Porro aūt anxiꝰ erat: dubitās i ma
xio ſcelē tātis ciuibꝰ deꝑhēſis: qd fcō opꝰ eēt: penā il
loꝝ ſibi oneri ipuitatē ꝑdēde rei.p. cauſaz fore credē
bat. Igit cōfirmato aīo/ vocari ad ſe iubet lentulū
cethegū/ ſtatiliū/ gabiniū/ itēqꝫ cepariū tracinēſem
q̄ in apuliā ad cōcitāda ſeruitia ꝓficiſci pabat Cete
ri ſiñ mora veniūt. Ceparius paulo añ domo egreſſꝰ
cogito idicio ex vrbe ꝓfugerat. cōſul lētulū (qꝫ p̄tor
erat) ipſe manu tenēs in ſenatū ꝑducit. rliqs cū cu
ſtodibꝰ in edē cōcordie veniere iubet Eo ſenatū ad/
uocat. magnaqꝫ frequētia eiꝰ ordis vlturciū cū legatꝫ
itroducit. flaccū p̄torē ſcriniū cū lrīs (q̄s a legatꝫ ac/
cepat) eidē afferri iubꝫ ¶ Volturciꝰ itrogatꝰ de itiē
re de lrīs. poſtremo qd aūt q̄ de cauſa cōſiliū habuiſſet
primo alia fingere. diſſimlare de cōiuratiōe. Pꝰ vbi
fide.p. dicere iuſſus ē: oīa vti geſta erant aperit. docet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 105

ꝙ ſe trāſactis paucis añ diebꝰ / a gabinio / cepario
ſociū accitū nihil āplius ſcire ꝙ legatos. tantūmo/
do audire ſolitū ex gabinio/ publiū antroniū/ Ser
uiū et. L. ſyllā. L. vargunteū / multos ꝑterea in ea cō
iuratiōe eſſe. Eadē galli fatēt ❡ At lentulū diſſimu
lantē coarguūt ꝑter litteras / ſermōibꝫ q̊s ille habe
re ſolitꝰ erat: ex libris ſybillinis regnū rome tribus
cornelijs portēdi Cinnā atꝙ ſyllā antea/ ſe tertiū eſ
ſe: cui fatū foret vrbe potiri. ꝑterea ab incēſo capito
lio illū eſſe viceſimū annū quē ſepe ex ꝓdigijs aru/
ſpices reſpondiſſent: bello ciuili cruentū fore ❡ Igi
tur ꝑlectis litteris / cū prius ōnes ſigna ſua cōgno/
uiſſent: ſenatus decreuit: vti abdicatus magiſtra/
tu lentulus/ itēꝙ ceteri in liberis cuſtodijs habeant
Itaꝙ lētulus. P. lētulo Spinteri (q̇ tū edilis erat)
cethegus. Q. cornificio / Statilius Caio ceſari / ga
biniꝰ marco craſſo Ceparius (nā is paulo añ ex fu
ga retractꝰ erat) Cneo terētio ſenatori tradunt

Pterea plebs cōiuratiōe patefacta (que ꝑmo
cupida rerū nouaꝝ nimis bello fauebat) mu
tata mēte / catiline cōſilia execrari Ciceronē ad celū
tollere. veluti ex ſeruitute erepta / gaudiū atꝙ letici
am agitabat Namꝙ belli facinora alia / prede ma
giſꝙ detrimēto fore: incēdiū vero crudele / imodera

tum ac vbi maxime calamitoſum putabat Quip
pe cui oēs copie in vſu quotidiano ꝛ cultu corpis e
rāt. ¶ Poſt eum diē quidā. L. tarquiniꝰ ad ſenatū
adductꝰ erat: quē ad Catilinā ꝓficiſcētē/ ex itinere
retractū aiebāt Is cū ſe diceret indicaturū de cōiura
tiōe/ ſi fides. p. data eſſet. iuſſus a cōſule/ q̄d ſciret e
dicere: eadē fere q̄ volturcius/ de paratis incēdijs/ de ce
de bonoꝝ/ de itinere hoſtiū ſenatū docet. Preterea
ſe miſſum a marco craſſo: q̄ catiline nūciaret: ne eū
lentulꝰ ꝛ cethegus/ aliiq; in cōiuratiōe dephēſi ter
rerent. eoq; magis properaret ad vrbem accede/
re: q̄ ꝛ ceteroꝝ animos reficeret. et illi faciliꝰ e picu
lo eriperētur. ¶ Sz vbi tarquinius craſſum noīauit
hoīem nobilē/ maxīs diuitijs/ ſūma potētia/ alij rē
īcredibilē rati: pars tametſi verū exiſtimabāt: tn̄ q̄a
in tali tēpore tāta vis hoīs magis leniunda/ ꝙ exa
gitāda videbatur: pleriq; craſſo ex negocijs puatis
obnoxij cōclamabāt: īdicē falſum eſſe: deq; ea re po
ſtulāt vti referat. Itaq; cōſulēte cicerōe frequens ſe
natꝰ decreuit: tarquinij indiciū falſum videri: eūq;
in vinculis retinendū. neq; amplius poteſtatem fa
ciendam: niſi de eo indicaret: cuius cōſilio tantam
rem eſſet mētitus. ¶ Erāt eo tēpore qui exiſtima
rēt iudiciū illud a. P. ātronio machinatū: quo faci

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 105

lius appellato craſſo per ſocietatem periculi reli
quos illius potentia tegeret. Alij tarquiniū a Cice
rone immiſſum aiebāt: ne craſſus more ſuo ſuſce
pto malorum patrocinio ꝛ rem publicā conturba
ret. Ipſum craſſum ego poſt ea predicantē audiui
illam tantā contumeliā ſibi a Cicerone impoſitā.
¶ Sed iſdē temporib9. Q. catulus ꝛ Cneus piſo
neqꝫ precib9 neqꝫ precio Ciceronē impellere potue
re: vti per allobroges aut aliū indicē Caius ceſar
falſo noiaretur. Nā vterqꝫ cū illo graues inimicici
as exercebat. piſo oppugnat9 in iudicio pecuniaꝝ
repetundarū: ꝓpter cuiuſdā trāſpadani ſuppliciū
iniuſtū. Catulus ex petitiōe pōtificat9 odio incēſus
ꝙ in extrema etate maximis honorib9 vſus ab a
doleſcētulo ceſare victus diſceſſerat. Res autē oppor
tuna videbatur: ꝙ priuatim egregia liberalitate
publice maximis muneribꝰ grandē pecuniā debe
rat. Sed vbi cōſulē ad tātum facinus īpellere neq̄
unt. ipſi ſingillatim circūeundo atqꝫ mētiendo q̄
ſe ex volturcio aut allobrogib9 audiſſe dicerēt: ma
gnā illi inuidiā cōflauerāt: vſqꝫ eo vt nōnulli equi
tes romani qui ꝓſidij causa cū telis erāt circū edē cō
cordie, ſeu periculi magnitudine, ſeu animi nobi
litate impulſi: quo ſtudiū ſuū in r. p. clari9 eſſet: egredi

enti ex ſenatu ceſari gladio minitarẽt. ¶ Dũ h̃ in
ſenatu agunt̃: ꝛ dũ legatis allobrogũ / ꝛ vulturcio
tito cõprobato coꝝ indicio p̃mia decernunt̃: liberti
ꝛ pauci ex cliẽtib9 lẽtuli diuerſis itinerib9 opifices
atq̃ in vicis ſeruitia ad eũ eripiẽdũ ſollicitabãt. par
tim exquirebãt duces multitudinũ: q̃ p̃cio rem. p.
vexare ſoliti erãt. Cetheg9 autẽ ꝑ nuncios familiã
atq̃ libertos ſuos lectos ꝛ exercitatos orabat i au/
daciã: vt grege facto / cũ telis ad ſeſe irrumperẽt.

Onſul vbi ea pari cognouit: diſpoſitꝫ p̃ſidijs
vt res atq̃ tempus monebꝫ cõuocato ſenatu
refert q̃d de his fieri placeat / q̃ in cuſtodiã traditi e
rãt. ſꝫ eos paulo añ freq̃ns ſenat9 iudicauerat cõtra
rẽ. p. feciſſe ¶ Tũ. D. iunius ſyllan9 / p̃mus ſentẽti
am rogatus (ꝙ eo tẽpore cõſul d̃ſignatus erat) de
his q̃ in cuſtodijs tenebãt: ꝛ p̃terea de lucio caſſio
p. furio. p. vmbreno. Q. ãnio: ſi d̃prehẽſi forẽt ſuppli
ciũ ſumendũ decreuerat. Iſq̃ poſtea ꝑmotus ora
tiõe. C. ceſaris: pedibus in ſentẽtiã tiberij neronis i
turũ ſe dixerat: ꝙ de ea re / p̃ſidijs additis referẽduꝫ
cenſuerat. ¶ Sed ceſar vbi ad eũ ventũ eſt: rogat9
ſententiã a conſule / huiuſcemodi verba locut9 eſt

Mnis hoĩes. P. C. qui de rebus dubijs cõſul
tant: ab odio / amicitia / ira / atq̃ miſericordia vacu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 105

os eſſe decet. haud facile anim⁹ ꝓuidet: vbi illa of-
ficiũt. neqꝫ quiſqꝫ hominũ libidini ſimul ⁊ vſui pa
ruit. vbi intẽderis igeniũ valet. ſi libido poſſidet: e
a doīatᷣ. nil anim⁹ valet. Magna mihi copia meō
rādi patres cōſcripti. ꝗ reges atqꝫ populi ira atꝫ mi
ſericordia impulſi: male cōſuluerūt. ſꝫ ea malo di-
cere: ꝗ maiores nr̄i cōtra libidinē animi ſui recte at
qꝫ ordine fecere. ¶ Bello macedonico (qđ cū rege ꝑ
ſe geſſim⁹) rhodioꝝ ciuitas magna atqꝫ magnifi
ca (q̄. p. r. opib⁹ creuerat) infida ⁊ aduerſa nob̄ fu-
it. Sꝫ poſtqꝫ bello cōfecto/ de rhodijs cōſultū eſt ma
iores noſtri/ ne quis diuitiarū magis qꝫ iniurie cā
bellū inceptū diceret: īpunitos dimiſere eos. ¶ Itē
bellis punicis ōnib⁹ cū ſepe cartagīēſes/ ⁊ in pace
⁊ in bello ⁊ ꝑ inducias multa nefaria facinora fe
ciſſent. nūqꝫ ipſi ꝑ occaſionē talia facere. magis qđ
ſe dignū foret qꝫ qđ in illos iure fieri poſſet: q̄rebāt
¶ Hoc item vobis prouidēdū eſt. P. C. ne pl⁹ apđ
vos valeat. P. lentuli et ceteroꝝ ſcelus/ qꝫ veſtra di
gnitas: neu magis ire veſtre qꝫ fame cōſulatis
¶ Nam ſi digna pena pro factis eoꝝ reperitᷣ nouū
cōſilium approbo. Sin magnitudo ſceleris omni
um ingenia exuperat: his ſupplicijs vtendū cenſeo
q̄ legib⁹ cōparata ſunt. ¶ Plerīqꝫ eoꝝ qui āte me

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 105

ſententias dixerūt: cōpoſite atq̧ magnifice caſū rei
p. miſerati ſunt. que belli ſcuitia eſſet. que victis ac
ciderēt enumerauere. rapi virgines: pueros diuelli
a parentū cōplexu: matres familiarū pati: que victo
rib9 collibuiſſent: phana atz domos ſpoliari. cedē i
cēdia fieri. poſtremo arm̄, cadaverib9, cruore, atq̧
luctu oīa cōpleri Sed p deos imortales q̄ illa orati
o ptinuit? an vti nos īfeſtos cōiuratiōi faceret? ſcz
quē res tanta ⁊ tā atrox nō pmouit: eū orō accēdet?
nō ita ē. neqz cuiq̧ mortaliū iniurie ſue parue videē
tur. Multi eas grauiꝰ equo habuere. ſed alia aliīs
licētia ē. P. C. q̄ demiſſi in obſcuro vitā agūt: ſi quid
iracūdia deliq̄re: pauci ſciūt. fama atqz fortuna eo
rū pares ſunt. Qui magno īperio p̄diti: in excelſo e
tatē agūt: coꝝ facta cuncti mortales nouere. Ita in
maxiā fortuna mīma licētia ē neqz ſtudere, neqz o,
diſſe. ſz mīme iraſci decet Que apud alios iracūdia
dr ea ī impio ſupbia atz crudelitas appellat. Eqdē
ego ſic exiſtiō. P. C. oēs cruciat9 miōres q̧ facino,
ra illorū eē. Sed pleriqz mortales poſtrema memi
nere. ⁊ ī hoīb9 ipīs ſceleris eoꝝ obliti de pena diſſe
rūt: ſi ea paulo ſeuerior fuit C D. ſyllanū virū fortē
atqz ſtrēnuū certe ſcio q̄ dixerit: ſtudio reipu. dixiſſe.
neqz illū in tāta re grāz, aut ſimicicias exercere eos

mores/ eaqꝫ modeſtiā viri cognoui: verum ſentētia
mihi nō crudel'. qd em̄ in tales hoīes crudle fieri p̄t
Sed aliena a re. p. noſtra videtur. Nā ꝑcō aut me
tus/ aut iiuria ſyllane te ſubegit cōſulē deſignatū:
gen9 pene nouū ꝺcernere. de tiōre ſuꝑuacuū ē diſſe
rere. cū p̄ſertim diligētia clariſſimi viri cōſulis/ tan
ta p̄ſidia ſint in armis. de pena poſſuȝ eq̇dē dicere/
id qđ res habet in luctu atqꝫ miſerijs mortē/ erūna
rū requiē nō cruciatū eſſe ⁊ eā cūcta mortaliū mala
diſſoluere. vltra/ neqꝫ cure/ neqꝫ gaudia locū eē. Sȝ
ꝑ deos imortales/ quā ob rē in ſniaȝ nō addidiſti: v
ti prius v̇berib9 in eos aīaduerteret? an q2 lex porci/
a vetat. aut alie leges? Item condēnatis ciuibus
nō aīaȝ eripi ſed exiliū ꝑmitti iubēt. an q2 grauī9 eſt
verberari q̄ꝫ necari? Quid autē acerbum aut nimis
graue ē in hoīes tāti faciōris cōuictos? Sin q2 leui9
eſt: q̇d cōuenit in minore negocio legē timere cū eā
in maiore neglexeris. At enim quis rep̄hendet: q̇d i
parricidis rei. p. decretū exit? Tēpus dies/ fortuna/
cui9 libido gētib9 moderatᷓ illis merito accidet: q̇c
q̇d euenerit. ¶ Ceterū vos patres cōſcripti quid in
alios ſtatuatis: cōſiderate. oīa mala exēpla ex reb9
bonis orta ſunt Sed vbi iperiū ad ignauos ciues/
aut minus bonos ꝑuenit: nouū illud exemplū ab

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 105

digis ⁊ idoneis/ad nō dignos / ⁊ nō idoẽos trāſfer
ṫ. Lacedemonij deuictꝭ atheniēſib9 trigīta viros īpo
ſuere: q̄ re͛. p. eoꝝ tractarent. Hi ꝑmo cape peſſimū
queq; ⁊ oīb9 inuiſū īdēnatū necare. ea ppl's letari: ⁊
merito dice͛ fieri: P9 vbi paulatī licētia creuit: iuxta
malos ⁊ bonos libidinoſe īt ficere/ceteros metu t/
rere. Ita ciuitas ſeruitute oppſſa: ſtulte leticie g͛ues
pēās dedit Nrā meōria victoꝛ ſylla/cū damaſippū
et alios hui9mōi (q malo rei. p creuerāt) iugulari
iuſſit: q̇s nō factū ei9 laudabat: hoīes ſceleſtos/ ⁊ fa
ctioſos (q ſeditiōib9 re͛. p. exagitauerāt) merito ne/
catos aiebāt. Sed ea res/magne initiū cladis fuit
Nā vti q̇ſq; domū aut villā. poſtreō vas/ aut veſti
mētū alicuius cōcupiuerat: dabat operā: vt is in ꝓ
ſcriptoruʒ numero eēt. Ita illi quibus damaſippi
mors leticie fuerat: paulopoſt ipſi trahebant. neq;
ꝑ9 iugulādi finis fuit: q̄ ſylla oēs ſuos diuitijs ex/
pleuit. ¶ Atq; ego hec in marco tullio / neq; his tē
poꝛib9 fieri vereoꝛ Sed in magna ciuitate mlta ⁊
varia in prōptu ſunt ingenia. poteſtq; alio tēpoꝛe a
lio cōſule/cui itē exercit9 in manu ſit: falſum aliqd
pro vero credi. Ubi hoc exemplo per ſenatus decre/
tum conſul gladium eduxerit. quis illi finem ſta/
tuet; aut quis moderabitur; Maioꝛes noſtri. P. C.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 105

neqꝫ cōſilij/neqꝫ audacie vnq̄ꝫ eguere:neqꝫ illꝭ ſup/
bia obſtabat:q̄minus aliena inſtituta< ſi modo p
ba erāt)imitarētur ¶ Arma atqꝫ tela militaria ab
ſannitibꝰ īſignia magiſtratuū.ab tuſcis pleraqꝫ ſu
pſerūt.poſtremo qđ vbiqꝫ apud ſocios/aut hoſtes
idoneū videbat̄ cū ſummo ſtudio domi exeq̄bant̄.
imitari q̄ꝫ inuidere bonis malebāt.Sed eodē illo tē
pore grecie morē imitati:v̄beribꝰ animaduertebāt
in ciues.de cōdēnatis ſummū ſuppliciū ſumebāt.
Poſtq̄ꝫ res.p.adoleuit:⁊ multitudinē ciuiū factiōes
valuere:circūuenire innocētes.aliaqꝫ huiuſcemo
di fieri cepere.Tū lex porcia alieqꝫ leges parate ſūt
quibꝰ legibꝰ exiliū dānatis ꝑmiſſū ē.hāc ego cauſā
P.C.q̄ minꝰ nouū cōſiliū capiamꝰ:inꝑmis mag
nā puto.Profcō v̄tus atqꝫ ſapia maior illis fuit:q̄
ex paruis opibus tm̄ imperiū fecere:q̄ꝫ i nobis/qui
ea bene parta vix retinemꝰ ¶ Placet igit̄ eos dimit
ti/⁊ augeri exercitū Catiline:mīme.Sed ita cēſeo
publicādas eoꝝ pecunias:ipſos in vīculis habēdos
ꝑ municipia:q̄ maxie opibꝰ valēt neu q̄s de eis pꝰ
ea ad ſenatū referat:neve cū pplo agat.q̄ aliter fece
rit ſenatū exiſtīare:eū cōtra rē.p.⁊ ſalutē oīꝫ facturū
Oſtq̄ꝫ ceſar dicēdi finē fecit:ceteri v̄bo alius
alij/varie aſſentiebātur.At Marcus porcius

cato rogat9 ſentētiā hui9cemōi orōnē habuit.

¶ Longe mihi alia mēs ē. P. C. cū res atqȝ picula nr̄a cōſidero: ⁊ cū ſentētias nōnullor̄ ipſe mecū reputo illi mihi diſſeruiſſe videt̄: de pena eor̄, q̄ patrē par̄tib9, aris atqȝ focis ſuis bellū parauere. Res āt cauere monet ab ill' magis. q̄ qd in illos ſtatuam9 cōſultare Nā cetera maleficia tū pſeq̄re vbi fcā ſūt. h̄ niſi puideris ne accidat. vbi euenit fruſtra iudicia ipſores Capta vrbe nihil fit reliq̄ victis ¶ Sȝ p deos imortales vos ego appello: q̄ ſp domos villas, ſigna, tabulas vr̄as pluriſq̄ fe.p.feciſtis: ſi iſta cui9cūq̄ mōi ſūt: q̄ āplexamini retinē: ſi voluptatib9 vr̄is ociū p̄bere vultis: expgiſcimini aliqn̄ ⁊ capeſcite re p. nō agitat̄ de vectigalib9: neq̄ de ſocior̄ iiurijs. libertas ⁊ aīa vr̄a in dubio ē. ¶ Sepenumero. P. C mlt̄a v̄ba in h̄ ordie feci. Sepe de luxuria atqȝ auaricia nr̄or̄ ciuiū q̄ſt9 ſū multoſqȝ mortales ea cauſa aduerſos h̄eo Qui mihi atqȝ aīo meo nl'l9 vnq̄ delicti grāz feciſſē: haud facile alteri9 libidini male fcā cōdonabā. Sȝ ea tāetſi vos puip̄debatis. cū res p. firma erat: opulētia neglīgētiā tolerabat. Nunc v̄o ñ id agit̄: boīs ne, an mal' morib9 viuam9 neqȝ q̄tū aut q̄ magnificū iperiū. p. r. ſit. Sȝ cui9 h̄ cūqȝ mōi videt̄ nr̄a an nobiſcū vna hoſtiū futura ſint. Hic mihi q̄ſq̄ māſuetudinē ⁊ miſericordiā noiat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 105

Iā pridē eqdē nos vera vocabula rerū amiſimꝰ: qꝛ
bona aliena largiri liberalitas/ malarꝝ rerū audaci
a/ fortitudo vocat̄. Eo. res. p. in extremo ſita ē. Sint
ſane (qm̄ ita ſe mores hn̄t) liberales ex ſociorꝝ fortu
nis Sint miſericordes in furibꝰ erarij. ne illi ſagui
nē nr̄m largiāt̄. ⁊ dū paucis ſceleratis pcūt/ bonos
oēs pditū eant ❡ Bn̄ ⁊ cōpoſite Caius ceſar paulo
an̄ in h̄ ordie/ de vita ⁊ morte diſſeruit: credo falſa
exiſtimans ea q̄ de inferis meōrant̄ diuerſo itinere
malos a boīs/ loca tetra inculta/ feda/ atqꝫ formi
doloſa habere Itaqꝫ cēſuit pecuīas eorꝝ publicādas
ipſos p mūicipia in cuſtodijs habendos: videlicet ti
mēs/ ne ſi rome ſint: aut a popularibꝰ cōiuratiōis
aut a mltitudīe cōducta p vim eripiāt̄. q̄ſi mali atꝫ
ſceleſti tm̄modo in vrbe ⁊ nō p totā italiā ſint. aut q̄
ſi nō ibi plꝰ poſſit audacia: vbi ad dēfēdēdū opes mi
nores ſunt. Quare vanū eqdē h̄ cōſiliū eſt: ſi piculū
ex illꝭ metuit: ſi in tāto oīm metu ſolus nō timet: eo
magis refert me mihi/ atqꝫ vobis timere. ❡ Qua
re cū de P. lētulo/ ceteriſqꝫ ſtatuetis: p certo habeto
te vos ſimꝉ de exercitu Catiline/ et de oībꝰ cōiuratꝭ
decernē. q̄to vos attētiꝰ ea agetꝭ: tāto illis animꝰ
infirmior erit. ſi paululū mō vos lāguere viderint
iā oēs feroces aderūt Nolite exiſtiāre maiores nr̄os
armis rē. p. ex pua magnā feciſſe. ſi ita res eēt: mul

to pulcherrimā eā nos haberem9. Quippe ſocioꝝ
atq ciuiū pterea armoꝝ, atq eq̄rum maioꝛ copia
nobis q̄ illis eſt. Sed alia fuere, q̄ illos magnos
fecere, q̄ nobis nulla ſunt. domi induſtria. foris iu
ſtū iperium anim9 in cōſulēdo liber. neq dlicto, ne
q libidini obnoxi9: p his luxuriā atq auariciā pu
blice egeſtatē, priuatim opulentiā. laudam9 diuiti
as. ſeq̄mur inertiā inter bonos ꝛ malos diſcrimen
nullū: oīa virtutis pmia ābitio poſſidet Neq ē mi
rum vbi vos ſeparatim ſibi quiſqꝫ cōſiliuꝫ capitis
vbi domi voluptatibus, hic pecunie, aut gratie ſer
uitis. Eo fit: vt impetus fiat in vacuā rē pub. Sed
ego hec omitto ¶ Cōiurauere nobiliſſimi ciues pa
triā incēdere. galloꝝ gentē ifeſtiſſimā nōi romano
ad bellū acceſſiuit. Dux hoſtiū cū exercitu ſupra ca
put eſt. vos cūctamini etiā nūc: ꝛ dubitatꝫ q̄d itra me
nia dephēſis hoſtib9 faciatis? Miſereamī cēſeo. dliq̄
re hoiēs adoleſcētuli p ābitionē. atq etiā armatos
dimittatꝫ. ne iſta vobis māſuetudo ꝛ miſericordiā
(ſi illi arma ceperint) in miſeriā cōuertatur. ſcꝫ res
ipſa aſpera eſt Sꝫ vos eā nō timetis. imo vero ma
xie. ſed inertia et mollita animi, ali9 aliū expectan
tes cunctamini. velut dīs imoꝛtalibus confiſi: qui
hanc rem. p. ſepe in maximis periculis ſeruauere
Non votis neqꝫ ſupplicīs muliebribus auxilia de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 105

orū parāt. vigilādo, agēdo bñ cōſulēdo ꝓſpe oīa ce
dūt. vbi ſocordie te atqꝫ ignauie tradiderꝭ: neq̄cq̄
deos iplores. irati infeſtiqꝫ ſūt ¶ Apō maiores nrōs
aul9 māli9 torq̄t9 bello gallico filiū ſuū ꝙ is con
tra iperiū in hoſtē pugnauerat, necari iuſſit: atqꝫ il
le egregi9 adoleſcens imoderate fortitudis morte
peās dedit. vos de crudeliſſimꝭ ꝑricidis q̇d ſtatuatꝭ
cūctamī: videlicet cetera vita eoꝝ huic ſceleri obſtat
Verū ꝑcite dignitati lētuli: ſi ip̄e pudicicie ſi fame ſu
e ſi dijs á hoib9 vnq̄ȝ vlł ꝑpercit. Ignoſcite cethegi
adoleſcētie niſi alterū iā patrie bellū fecit. Nā quid
ego ð gabinio ſtatilio cepario loq̄r: q̇b9 ſi quicq̄ vn
q̄ pēſi fuiſſꝫ: nō ea cōſilia de re.p. habuiſſent. Poſtreō
P.C. ſi me hercle pctō loc9 eēt: facile paterer vos ip
ſa re corrigi. qm̄ v̄ba cōtēnitꝭ. Sꝫ vndiq̄ circūuēti ſu
m9. Catilina cū exercitu faucib9 italiā vrget. Alij in
tra menia atq̄ in ſinu vrbis ſūt hoſtes neq̄ ꝑari ne
q̄ cōſuli q̇cq̄ poteſt occulte: q̊ magis ꝓperādū eſt.
Quare ita cēſeo ego cū nefario cōſilio ſceleratorū ci
uiū reſpu. in maxia ꝑicula venerit: hiq̄ iudicio titi
volturcij z legatoꝝ allobrogū cōuicti cōfeſſiq̄ ſint:
cedē incēdia aliaqꝫ feda atqꝫ crudelia facinora in
ciues patriāqꝫ ꝑauiſſe: de cōfeſſis ſicuti de manife
ſtis rerū capitaliū more maioꝝ ſuppliciū ſumen
dum

Oſtq̄ Cato aſſedit, conſulares oēs, itēq3 ſenat9
maxia ps / ſētētiā ei9 laudāt ↄtutē aīi ad celū
ferūt. alij alios icrepāt: timidos vocāt· cato magn9
atq3 clar9 hēt. Senat9 decretū fit: ſicut ille cēſuerat
¶ Sʒ mihi mlta legēti / mlta audiēti / q̄ .P.R. domi
militieq3 / mari / atq3 t̄ra p̄clara facīora fecit: forte li
buit attēdere: q̄ res maxie tāta negocia ſuſtinuiſſet
Sciebā ſepenūero ꝑua manu cū magnis legioib9
hoſtiū cōtēdiſſe. Cognouerā ꝑuis copijs / bella ge
ſta cū opulētis regib9 ¶ Ad h̄ ſepe fortune violētiā
toleraviſſe facūdia grecos / gl'a belli gallos / aū roā
nos fuiſſe. At mihi mlta agitāti cōſtabat ꝑpaucoꝝ
ciuiū egregiā virtutē cūcta patrauiſſe Eoq̄ fcm̄ vti
diuitias paupꝑtas / multitudinē paucitas ſuꝑaret
Sʒ poſtq̄ luxu atq3 deſidia ciuitas corrupta ē: rurſ9
reſ.p. magitudie ſua iꝑatoꝝ atq3 magiſtratuū viti
a ſuſtētabat. ¶ At ſicuti effeta parēte: mltis tēpeſta
tib9 haud ſaē q̄ſq̄ rome ↄtute magn9 fuit Sʒ meō
ria mea igēti ↄtute diuerſis morib9 / fuere viri duo
marcus cato ⁊ Cai9 ceſar. Quos qm̄ res obtulerat
ſilētio p̄terire / nō fuit cōſiliū q̄n vtriuſq3 naturā et
mores (q̄ʒtū igeīo poſſē) aperirē. Igit̄ his etas / ge
n9 / eloq̄ntia / ꝑpe eq̄lia fuere magitudo aīmi par
fuit. itē gl'a ſʒ alia alij Ceſar bñficijs ac muniſicētia
magn9 habebat̄ Inteḡtate vite cato. ille māſuetu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 105

dine ⁊ misericordia clar⁹ fact⁹. huic seueritas digni
tatē addiderat. Cesar dādo/ subleuādo/ ignoscendo
Cato nihil largiēdo gloriā adept⁹ ē. In altero mi
seris ꝑfugiū erat/ in altero mal' ꝑnicies. illi⁹ facili
tas hui⁹ cōstātia laudabat̄. Postremo cesar i animū in
duxerat: laborare/ vigilare/ negocijs amicoꝝ intent⁹
sua neglige̅: nihil denegare qđ dono dignū eēt. sibi
magnū iperiū/ exercitū/ bellū nouū exoptabat: vbi
virt⁹ enitescere posſꝫ. At Catoni studiū modestie/ de
coris: sed maxīe seueritatis erat. nō diuitijs cū diui
te: neqꝫ factiōe cū factioso: sed cū strenuo vtute: mo
desto pudore: cū inocēte abstinētia certabꝫ. esse qꝫ vi
deri bonus malebat. Ita q̄ min⁹ glāꝫ petebat: eo
magis illā assequebat̄. ¶ Postqꝫ (vt dixi) senatus
in catonis sentētiā discessit: cōsul optimū factū rat⁹
noctē q̄ instabat/ antecapere/ ne qđ eo spacio noua
ret̄: triumuiros/ q̄ ad suppliciū postulabꝫ/ parare iu
bet. ipse ꝑsidijs dispositis lētulū in carcerē deducit
Idem fit ceteris per pretores.

Est in carcere loc⁹ qđ tullianum appellat̄. vbi
paululū ascēderis ad leuā: circit̄. xij. pedes humi de
pss⁹: eū muniūt vndiqꝫ parietes. atqꝫ isup camera
lapideis fornicib⁹ vīcta. sꝫ iculta tñbris odore feda/
atqꝫ terribilis ei⁹ facies ē. In eū locū postqꝫ demiss⁹
est lentul⁹: iudices rerū capitaliū (q̄b⁹ ꝑceptū erat)

laq̄o gulā fregere. Jta ille patriciꝰ ex gēte clariſſimā
corneliorū: q̄ cōſulare iperiū rome habuerat dignū
moribꝰ factiſq̄z ſuis exitiū vite inuenit ¶ De cethego
gabinio. ſtatilio. cepio. eo demū ſuppliciū ſūptū ē.

Dum ea rome geruntur: Catilina ex oī copia (quā
et ipſe adduxerat et mālius habuerat) duas legiōes
īſtituit. cohortes p̄ nūero militū cōplet. deinde vt quiſ
q̄z voluntariꝰ. aut ex ſocijs in caſtra venerat. eq̄lit' diſtri
buerat. ac breui ſpacio legiōes numero hoīm̄ exple
uerat. cū īitio nō ampliꝰ duobꝰ milibꝰ habuiſſz. ¶ Sz
ex oī copia circit' pars q̄rta erat militaribꝰ armis in
ſtructa Ceteri (vt queq̄z caſus armauerat) ſparos aut lā
ceas. alij p̄acutas ſudes portabāt. Sz poſtq̄ꝫ Anto
toniꝰ cū exercitu aduētabz: Catilina p̄ mōtes iter fa
cere. mō ad vrbē. mō galliā v̄ſus caſtra mouere. ho
ſtibꝰ occaſionē pugnādi nō dare. ſpabat ꝑpediē ma
gnas copias ſeſe habiturū: ſi rome ſocij cepta patra
uiſſēt Jnterea ſeruitia repudiabz (quorū īitio ad eū ma
gne copie occurrebāt) opibꝰ cōiuratiōis fretꝰ ſꝫ alie
nū ſuis ratiōibꝰ exiſtimās videri: cauſā ciuiū cū ſer
uis fugitiuis cōmunicaſſe. ¶ Sed poſtq̄ꝫ nuntiꝰ
in caſtra peruenit: rome cōiuratiōe patefacta: de len
tulo et cethego ceteriſq̄z (quos ſupra memoraui)
ſumptum ſupplicuz. plerīq̄z (quos ad bellū ſpes ra
pinarū. aut nouarū rerum ſtudiū illexerat) dilabū.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 105

tur. Reliq̄s Catilina ꝑ mōtes aſꝑos magis itineri
b9 in agrū piſtorieſē adducit. eo cōſilio vti ꝑ trami
tes occulte ꝑfugeret ī galliā trāſalpinā. ¶ At. Q. me
tell9 celer cū trib9 legiōib9 in agro piceno p̄ſidebꝫ. ex
difficultate rerū eadē illa exiſtimās q̄ ſup̄ diximꝰ
Catilinā agitare. Igit̄ vbi iter ei9 ex ꝑfugis cogno
uit: caſtra ꝓpe mouit. ac ſub ipſis radicib9 mōtiū cō
ſedit: q̄ illi deſcēſus erat in galliā ꝓperāti. Neqꝫ tn̄ a
tonius procul aberat: vtpote q̄ magno exercitu, lo
cis equioribus expeditos in fuga ſequeretur.

¶ Sed Catilina poſtq̄ʒ videt mōtibus atqꝫ copiis
hoſtiū ſeſe clauſū: ī vrbe res aduerſas neqꝫ fuge, ne
qꝫ p̄ſidii vllā ſpē: optimū factu rat9 in tali re fortunā
belli tentare: ſtatuit cū Antonio q̄ʒprimū cōfligere. I
taqꝫ cōtiōe aduocata: hui9cemōi orationē habuit.

Compertū habeo milites: verba virtutē viris nō ad
dere. neqꝫ ex ignauo ſtrenuū, neqꝫ fortē ex timido ex
ercitū, oratōe īꝑatoris fieri. Quāta cuiuſqꝫ aīo audaci
a natura, aut moribꝰ inest: tāta in bello patere ſolet.
Quē neqꝫ p̄icl'a, neqꝫ gl'a excitāt: neq̄cq̄ʒ hortere. Ti
mor animi: auribus officit. Sed ego vos q̄ pauca
monerē: aduocaui. ſimul vti cauſā cōſilii aperirē. Sci
tis eq̄dē milites: ſocordia atqꝫ ignauia lentuli, q̄ʒtā
ipſi nobis qꝫ cladē attulerit. Quoq̄ʒ mō dū ex vrbe
p̄ſidia operior, in galliā ꝓficiſci nequeui. Nūc vero

q̄ loco res nr̄e ſint: iux̄ mecū oēs intelligitis. Exerci
tus hoſtiū duo vn⁹ ab vrbe/ alter a gallia obſtāt. di
uti⁹ in his eē locis (ſi maxie aīm⁹ ferat) frumēti at
qꝫ aliarū rerū egeſtas ꝓhibet. q̄cūqꝫ ire placet: ferro
iter apperiendū ē. Qua ꝑpt vos moneo vti forti at
qꝫ ꝑato aīo ſitis. ꝛ cū preliū inibitis: memineritis
vos diuitias dec⁹ gl'az/ ꝑterea libertatē atqꝫ patriā
in dextris vr̄is portare. Si vincim⁹: oīa nobis tuta
erūt. cōmeat⁹ abūde. municipia atqꝫ colonie pate
būt. ſi metu ceſſerim⁹. eadē illa aduerſa fiēt. neqꝫ lo
cus neqꝫ amicus q̄ſqꝫ teget: quē arma nō texerint.
Preterea milites nō eadē nobis ꝛ illꝭ neceſſitudo i
pēdet. Nos ꝓ patria/ ꝓ libertate/ pro vita certam⁹.
Illis ſuꝑuacuū ē. pro potētia paucoꝝ pugnare. q̄
audacius aggredimini meōres ꝑſtine v̄tutis: ſicu/
it vobis cū ſumma turpitudine in exilio etatē agē.
Potuiſtꝭ nōnulli rome (amiſſo boīs) alienas opes
expectare. q̄a illa feda atqꝫ intolerāda viris videbā
tur: hec ſeq̄ decreuiſtis. ſi h̄ relinq̄re vultis. audacia
opus eſt. Neō niſi victor ꝓ pace bellū mutauit. naꝫ
in fuga ſalutē ſperare (cū arma q̄bus corp⁹ tegit̄)
ab hoſtib⁹ auerteris ea vero demētia eſt. ſꝫ in ꝑlio
maximū eſt ꝑiculuꝫ q̄ maxie timet: audacia ꝓ mu
ro habet. Cū vos conſidero milites: ꝛ cū facta vr̄a e
ſtimo: magna me ſpes victorie tenet. anim⁹/ etas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 105

vtꝰ vr̃a me hortat̃: ꝑterea neceſſitudo: q̄ etiã timi/
dos fortes facit. Nã mltitudo hoſtiũ/ ne circũueni/
re q̄at: ꝓhibet anguſtie loci. q̄ ſi v̄tuti veſtre fortũa
ĩuiderit: cauete inulti aiaʒ ne amittatis. neu capti
potiꝰ ſicuti pecora trucidemi: q̄ viroꝝ more pugnã
tes / cruẽtã atq̄ luctuoſã victoriã hoſtibꝰ relinq̃tis
¶ Hec vbi dixit: paululũ cõmoratꝰ/ ſigna canere iu
bet: atqʒ inſtructos ordies in locũ equũ deducit. dei
de remotis oĩm equis / q̄ militibꝰ exeq̄to ꝑiculo a
nimꝰ ãplior eſſet / ipſe pedes exercitũ ꝓ loco atqʒ co
pĳs inſtruit. Nã vti planicies erat itra ſiniſtros mõ
tes: ⁊ ab dextra rupes aſpera. octo cohortes in frõte
cõſtituit. reliquarũ ſigna in ſubſidio arctiꝰ collocat.
¶ Ab his centuriões ões lectos et euocatos: ꝑtere
a ex gregarĳs militibus optimum quēqʒ armatũ
in primã aciẽ ſubducit. G. mãlium in dextera / feſu
lanũ quendã in ſiniſtra ꝑte curare iubet. ipſe cũ lib
tis ⁊ colonis ꝓpe aquilã aſſiſtit: quã bello cimbrico
Caius mariꝰ in exercitu habuiſſe dicebat̃. ¶ At ex
altera ꝑte / Caius cõſul. Antoniꝰ pedibꝰ eger / q̄ ꝑ
lio adeſſe neq̄bat /. M. petreio legato exercitũ ꝑmit
tit. ille cohortes veteranas: q̄s tumultꝰ cauſa con
ſcripſerat in frõte. pꝰ eas ceterũ exercitũ in ſubſidĳs
locat. ipſe eq̄ circuiẽs vnũquēqʒ nominãs appellat
Hortat̃ vt meminerĩt ſe cõtra latrones inermes / ꝓ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 105

patria / ꝑ liberis / ꝑ aris / atqꝫ focis ſuis certare. Hō
militaris q̄ ãpliꝰ annis triginta / tribun⁹ aut p̄
fect⁹ / aut legat⁹ aut p̄toꝛ cū magna glīa ĩexercitu
fuerat: plerosq̄ ip̄os factaqꝫ eoꝝ foꝛtia nouerat. ea
cōmemoꝛādo: militū aĩos accēdebat. Sed vbi rebꝫ oĩ
bus exploratis petreius tuba ſignū dat: cohoꝛtes
paulatī incedere iubet. Idē facit hoſtiū exercit⁹
Oſtq̄ eo ventū eſt vnde a ferētarijs p̄lium cō
mitti poſſet: maxio clamoꝛe / cū infeſtis ſignis
occurrūt. pila omittūt. gladijs res gerit. veterani p̄
ſtine virtutis meōres cōmin⁹ acrit̄ inſtāt. illi haud
timidi reſiſtūt. maxīa vi certat. ¶ Interea Catilīa
cū expeditis ĩ p̄ma acie vſari. laboꝛātib⁹ ſuccurrere
integros pꝛo ſaucijs arceſſere. oĩa puidere. multū ĩ
pſe pugnare. ſepe hoſtē ferire. ſtrēnui militꝫ z boni
impatoꝛis officia ſimul exequebat. ¶ Preterea pe
trei⁹ vbi videt Catilinā cōtra vt rat⁹ erat / magna
vi cōtēdere: cohoꝛtē pꝛetoꝛiā in medios hoſtes idu
cit. eoſq̄ perturbatos atq̄ alios alibi reſiſtētes int̄
ficit. Deinde vtrinq̄ ex lateribus ceteros aggredit:
manlius et feſulanus in pꝛimis pugnantes cadūt
¶ Poſtq̄ Catilina fuſas copias: ſeq̄ cum paucis
relictum videt: memoꝛ generis atq̄ pꝛiſtine ſue di-
gnitatis: in confertiſſimos hoſtes incurrit: ibi pu-
gnans confoditur. ¶ Sed confecto pꝛelio. tū vero

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 105

cerneres quãta audacia/ quãtaqꝫ animi vis fuiſſet
in exercitu cati ine. Nã fere quē qſqꝫ viu9 pugnãdo
locũ ceperat: eũ amiſſa aĩa corꝑe tegebat. Pauci ãt
q̃s medios cohors ꝑtoria diſiecerat: paulo diuerſi9
ſed oēs tñ aduerſis vulnerib9 cõciderant. Catilina
vero lõge a ſuis inť hoſtiuꝫ cadauera reptus ē: pau
lulũ etiã ſpirans. ferociã qꝫ animi/ quã habuerat vi
uus/ in vultu retinēs ¶ Poſtremo ex õni copia: ne
qꝫ in ꝑlio/ neqꝫ in fuga/ quiſq̃ ciuis ingenuus ca
pt9 eſt. ita cũcti ſue hoſtiũqꝫ vite iuxta pepcerãt. Ne
qꝫ tamē exercitus. P. R. letã aut incruentã victoriã
adeptus erat Nã ſtrenuiſſimus quiſqꝫ aut occide/
rat in ꝑlio: aut grauiter vulnerat9 diſceſſerat
¶ Multi autē q̃ e caſtris viſendi aut ſpoliãdi grati
a ꝓceſſerãt· voluētes hoſtilia cadauera: amicũ alij/
pars hoſpitē/ aut cognatũ reperiebãt Fuere itē: q̃ in
imicos ſuos cognoſcerēt. Ita varie ꝑ oēꝫ exercituꝫ
letitia/ meror/ luct9/ atqꝫ gaudia agitabãtur

C. Criſpi Saluſtij de cõiuratiõe
Catilina liber/ feliciter finit

¶ Suollis opa ipēſis Petri os emēdate ipreſſus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 105

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 105

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 105

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 105

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 105

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 105